

P R A E F A T I O .      XXIII

christianae norma. Diuinorum vero legum varietate, earumque usu in iustificandis et iustificatis, nec non legum ciuilium atque ecclesiasticarum obligatione, a parte christianorum, rite ponderatis: legem, actiones regenitorum determinantem, generalissimam, AVCTOR exponit, ex qua officia christiana erga Deum, nosmet ipsos atque alios quoscumque, in sequentibus deriuari commode potuerunt. Eminent profecto inter ea, officia erga Deum, quae sequenti enarrantur ordine, ut CAPITE II. de officiis erga Deum generatim, seu de cultu Dei generatim; CAPITE III. de cultu Dei interno, CAPITE IIII. de cultu Dei externo agatur.

Eam autem viam est ingressus b. AVCTOR in tradendis, quae ad Theologiam moralem speciatim pertinent, veritatibus, in qua suis auditoribus Doctor praeiret sapientissimus; cuius certe vestigia ut le-

b 4

gerent